Omnes aquæ ſimplices, quoad ejus fieri poteſt, ex herbis & floribus recentibus, vel ſale conditis, deſtillentur; neque ante elapſum trium ſeptimanarum ſpatium exhibeantur, & cavendum, ne empyreuma contrahant. Tempore vero hyberno, cum flores & herbæ recentes obtineri nequeunt, ex ſiccatis iiſdem deſtillare licet.

Aqua

Aqua Centaurii minoris Rad. Graminis.

℞. Herbæ Centaurii minoris.
Radic. Graminis q. ſ.

Contuſæ macerentur affuſâ aquâ ad exceſſum duorum digitorum cum tantillo florum Cereviſiæ, & digerantur per aliquot dies, donec ſubaceſcant; poſtea deſtillentur in Balneo Mariæ, uſque dum dimidium aquæ affuſæ exſtillarit.

Aqua Cinamomi.

℞. Cinamomi acuti libr. j.
Aquæ ſimplicis pintas vij.

Macerentur per dies vj. *Tum deſtilla tamdiu, donec aqua per alembicum adſcendens, non amplius albeſcat.*

Aqua Mellis.

℞. Mellis q. ſ.

Imponatur arenæ, & blandiſſimo calore evocetur phlegma.

SECTIO TERTIA.

De Aquis compoſitis, & Spiritibus.

Aqua Alexipharmaca.

℞. Nucum Juglandium cum corticibus menſe Junio collectarum, lib. IV.

Herb.

Herb. Cardui benedicti.
Meliſſæ.
Rutæ.
Scabioſæ.
Scordii ana unc. IV.

Conſciſſis, & parum contuſis, aſſund. Acetum vini ad ſupereminentiam trium quatuorve digitorum; tum deſtilla fere ad ſiccitatem; ita tamen, ne empyreuma contrahat.

Aqua Antiepileptica.

℞. Rad. Pæoniæ maris ſiccat. libr. ſemis.
Angelicæ.
Fraxinellæ.
Fol. Origani cretici.
Rutæ.
Salviæ. ana unc. j.
Flor. Pæoniæ maris.
Betonicæ. } recentium.
Liliorum convallium
Rorismarini.
Tiliæ.
Sem. Ammios orientalis.
Nigellæ ana unc. ſemis.
Pæoniæ unc. ij
Caſiæ ligneæ.
Caryophyllorum.
Sem. Cardamomi minoris.
Nucis moſchatæ.
Olei Vitrioli ana drachm. ij.

Conſciſſis & parum contuſis, affundantur Sp. Vini Gallici

lici libræ decem; ſtentque per octiduum calide, in vaſe bene clauſo; dein colatura ſervetur uſui.

Aqua Antinephritica;

℞. Rad. Raphani ſylveſtr. rec. unc. iv.
Petroſelini rec. unc. ij.
Ligni Saſſafras unc. iij.
Fol. Hederæ terreſtr. viridis manip. iv.
Herb. Chærefolii rec. manip. ij.
Gemmarum Ribeſiorum nigrorum, recenter collectarum, unc. ij.
Sem Fœniculi dulcis.
Dauci cretici.
Petroſelini Macedonici.
Urticæ.
Bacc. Juniperi ana unc. j.

Conſciſſis & contuſis affundantur pintæ vj. *vini Rhenani. Macerentur per tres dies, dein deſtillentur ſ. a. ad partem dimidiam.*

Aqua Antiparalytica.

℞. Ligni Saſſafras. unc. iij.
Herb. Betonicæ.
Calaminthæ montanæ.
Chamædryos.
Chamæpityos.
Hyſſopi.
Majoranæ.
Origani.

Primulæ veris.
Pulegii.
Roriſmarini.
Salviæ.
Serpylli.
Thymi.
Flor. Lavendulæ.
Stœchados ana manip. j.
Bacc. Juniperi, unc. j.

Infundantur per triduum in ſ. q. Spiritus Vini, ad exceſſum quatuor digitorum; dein deſtillentur ſ. a. in vitro fere ad ſiccitatem. Liquori deſtillato per duodecim horas infundantur

℞. Rad. Coſti amari.
Pyrethri.
Zingiberis.
Sem. Sinapios albi.
Caryophyllorum.
Piperis.
Cinamomi.
Styracis Calamitæ.
Caſtorei, ana drachm. j.

Deſtillentur ſ. a. ad partem dimidiam, & aqua ſtillatitia uſui ſervetur in lagena prope obturata.

Aqua Diaſcordiata F. Dekkers.

℞. Diaſcordii Fracaſtorii unc. iv.
Sp. Vini unc. xx.

Digerantur ſ. a. & dicantat. uſui ſervetur.

Aqua Hyſterica.

℞. Rad. Bryoniæ ſiccatarum unc. ij.
Bacc. Sambuci unc. iv.
Fol. Artemſiæ.
Dictamni cretici.
Matricariæ.
Nepetæ.
Ocimi.
Pulegii.
Rutæ.
Sabinæ ana unc. ſemis.
Cort. Aurant. exteriorum ſiccatorum unc. j. & ſemiſſem.

Conſciſſa macerentur ſpatio octo dierum in Sp. vini libris quatuor; colaturæ add.

Myrrh. electæ in ſubtiliſſimum pulv. redactæ.
Caſtorei ana drachm. iij.
Croci drachm. j.

Digerantur rurſum per duodecim dies. Colatura ſervetur in lagena probe obturata.

Aqua Prophylactica Sylvii, Barbette, & van der Schagen.

℞. Rad. Angelicæ.
Zedoariæ ana unc. j.
Petaſitidis unc. ij.
Fol. Rutæ hortenſis unc. iv.
Meliſſæ.

Scabioſæ.
Flor. Calendulæ ana unc. ij.
Nucum Juglandium immatur. conſciſſ. libr. ij.
Pomi Citri rec. conſciſſ. libr. j.

Omnibus contuſis in mortario marmoreo affunde, Aceti Vini optimi ad tres quartas partes, ex arena in Cucurbita vitrea per ſe deſtillati, libr. xij. *Digere per noctem; mane deſtilla in vaſe vitreo, igne cinerum lento pæne ad ſiccitatem, idque ſine uſtione.*

Aqua Quercetani ad Gonorrhæam.

℞. Rad. Irid. florent. unc. j. & ſemis.
Fol. Menth. criſp. drachm. decem.
Dictamni cretici.
Sem. Agni caſti ana unc. j. & ſemis.
Lactucæ unc. ſemis.
Thereb. ven. unc. ſex.
Vini Gallici pint. iij.

Deſtillentur ſ. a. in vaſe vitreo ad partem dimidiam.

Aqua Theriacalis ſimplex.

℞. Theriacæ Andromachi unc. iv.
Sp. Vini unc. xl.

Digerantur, & Spiritus ſervetur uſui.

Aqua vitæ Matthioli, demtis ſuperfluis.

℞. Cinamomi unc. j.
Zingiberis.
Zedoariæ ana unc. ſemis.

Caryo-

Caryophyllorum.
Galangæ.
Nuc. Moſch. ana drachm. ij. & ſemis
Macis.
Cubebar. ana drachm. j.
Cardamomi utriuſque.
Sem. Melanthii.
Aniſi.
Fœniculi dulcis.
Paſtinacæ ſylveſtris.
Ocimi.
Rad. Angelicæ.
Caryophyll.
Calami odorati.
Fol. Amaraci.
Calaminthæ.
Menthæ.
Pulegii.
Sclaræ.
Thymi.
Flor. Betonicæ.
Boraginis.
Bugloſſæ.
Rorismarini.
Roſarum rubr.
Salviæ.
Stœchados.
Cort. Citri.
Pulv. Arom. ros. ana drachm. iij.

Contundantur, & conſcindantur omnia, atque Cucurbitæ vitreæ indantur; affunde Sp. vini optimi libr. duodecim. Macerentur per quatuordecim dies, & in B. M. ſ. a. deſtilla; adde inſuper Julapii roſacei libr. unam. Bene agitando miſceantur & uſui ſerventur.

Spiritus Rad. Angelicæ.

℞. Rad. Angel. unc. iv.

Conſciſſis affunde Sp. vini pintam unam cum ſemiſſe. Digere per biduum, & lento igne deſtilla ad dimidiam partem.

Spiritus Antiſcorbuticus F. Dekkers.

℞. Rad. Raphani ruſt. unc. j.
Angelicæ drachm. iij.
Fol. Cochleariæ.
Scordii.
Menthæ criſpæ ana manip. j.
Sem. Fœnic. dulc.
Flaved. Cort. citri recent.
Cort. Winterani ana drachm. iij.
Salis ammoniaci drach. j. cum ſemiſſe.

Conſciſſis & contuſis affunde vini Gallici, & Spiritus vini ana pintas duas cum ſemiſſe. Leni calore per B. M. deſtilla ad dimidiam partem.

Spi-

Spiritus Carminativus Sylvii.

℞. Rad. Angelicæ.
Galangæ min.
Oſtrutii.
Zinziberis ana drachm. j. cum ſemiſſe.
Herb. Baſiliconis.
Majoranæ.
Roriſmarini.
Rutæ hortenſis.
Summit. Centaurii minoris ana manip. ſemis.
Bacc. Lauri drachm. iij.
Sem. Angelicæ.
Aniſi.
Leviſtici ana unc. ſemis.
Nuc. Moſch.
Macis ana drachm. j. cum ſemiſſe.
Cinamomi acutiſſimi drachm. vj.
Caryophyll.
Flaved. Cort. aur. ana drachm. j.

Conſciſſis & paulum contuſis affunde Sp. vini Malvatici, vel Hiſpanici unc. quadraginta. Digere per biduum in B. M. Dein ad ſiccitatem deſtilla.

Spiritus Ceraſorum nigrorum.

℞. Herb. Majoranæ nobilis manip. ij.
Flor. Anthos.
Liliorum Convallium.
Stœchados.

Ti-

Tiliæ ana drachm. vj.

Conſciſſis & contuſis adde

Ceraſorum nigrorum cum nucleis bene contuſorum libr. viij.

Tunc affunde Vini albi optimi libr. x. *Poſt macerationem ſeptem dierum, deſtilla in vitro ſ. a. ad dimidiam partem.*

Spiritus Cochleariæ.

℞. Fol. Cochleariæ parum conſciſſ. libr. vj.
Sp. vini libr. ix.

Deſtilla ſ. a. in vitro ad dimidiam partem.

Spiritus Corticum Aurantiorum.

℞. Corticum Aurantiorum rec. libr. j. cum ſemiſſe.
Sp. vini pint. vj.

Deſtilla ſ. a. ad partem dimidiam.

Eodem modo paratur Spiritus Cort. Citriorum.

Spiritus ſeu Balſamus Embryonis.

℞. Nuc. Moſch. drach. ij. cum ſemiſſe.
Macis drachm. j. cum ſemiſſe.
Caryophyll.
Cinnam. electi.
Rad. Zinziberis.
Zedoariæ ana drachm. ij.
Galangæ minoris drachm. j.
Croci optimi drach. j. cum ſemiſſe.

Flor.

Flor. Ros. pallid.
Lil. convall.
Pæoniæ.
Tiliæ.
Tunicæ ana unc. j. } recent.

Herb. Majoran.
Meliſſæ
Salviæ ana unc. ij. } recent.

Cort. Aurant.
Citri ana unc. iij. } recent.

Sem. Fœniculi drachm. iij.

Conſciſſis & contuſis affunde vini Malvatici vel Hiſpanici pintas duas cum ſemiſſe, aq. Lilior. Convall. & Florum Tiliæ ana pint. j. *cum dimidia. Stent in infuſione calida per octo dies. Dein deſtilla ſ. a. ad tres quartas partes.*

Spiritus Florum Lavendulæ.

℞. Florum Lavendulæ ſiccat. unc. ij.
Spiritus vini unc. xxx.

Deſtillentur ad partem dimidiam.

Spiritus Florum Liliorum Convallium.

℞. Flor. Lil. Convall. recent. unc. viij. vel eorundem Sale conditorum unc. xij.
Spiritus vini unc. xxx.

Deſtilla in vitro ad tres quartas partes.

Eodem modo deſtillatur Spiritus *Menthæ ex herba.*

Spiritus Matricalis Burrhi.

℞. Maſtich.
Myrrh.
Olibani.
Succini ana unc. ij.

Contuſis affundantur Spiritus vini rectificati unc. xxiv. *Digerantur ſpatio quatuor dierum, & poſtea deſtillentur ſ. a. ad tres quartas partes.*

Spiritus Pectoralis F. Dekkers.

℞. Rad. Angelicæ.
Iridis florent. ana unc. ſemis.
Fol. Hyſſopi.
Veronicæ ana manip. j.
Flor. Gummi Benzoin ſimplici ſublimatione præpar. drachm. j.
Sem. Fœnic. dulc. drachm. iij.
Bacc. Lauri drachm. ij.
Raſ. Ligni Santal. citr. unc. ſemis.
Thereb. Venet.
Styracis Calamitæ ana drachm. ij.
Croci opt. drachm. j. cum ſemiſſe.
Salis Ammoniaci drachm. ij.
Ciner. Clavell. drachm. vj.

Conſciſſis & contuſis affund. Hydromellis, ex melle Virgineo Maſſilienſi recenter parati, & Sp. vini ana pint. iij.

Poſt

Poſt triduum deſtilla leni calore ex M. B.
Abſtracto infunde

Flor. Hyperici manip. ij.
Liquir. viridis exteriore cortice liberatæ unc. j. cum ſemiſſe.

Digerantur per quatriduum; Tinctura fortiter expreſſa & decantata ſervetur uſui.

Sal Volatile oleoſum & aromaticum.

℞. Cinamomi electi unc. j.
Macis.
Nuc. Moſch. ana drachm. vj.
Caryophyll. drachm. ij. cum ſemiſſe.
Cort. aurant. / Citri ana unc. ij. } recent.
Sem. Cardamomi.
Cubebar. ana drachm. ij.

Macerentur in Sp. vini unc. L. *ſpatio ſex dierum; tum adde*

Salis ammoniaci unc. iij. / Ciner. Clavell. unc. vj. } Seorſim in pulv. redactorum.

Deſtillentur in vitro bene clauſo ad dimidiam partem.

Spiritus Nitri dulcis aromaticus.

℞. Sp. Carm. Sylvii unc. vj.
Nitri unc. iij.

Mixta deſtillentur per retortam, donec fere omnis materia adſcenderit, quam rurſus eodem modo deſtilla, & tum uſui ſerva.

SECTIO QUARTA.

De Elixiriis, Eſſentiis & Tincturis.

Elixir Proprietatis ſine acido.

℞. Aloës.
Croci.
Myrrhæ ana unc. j.

Irrorentur Oleo tartari per deliquium, ut materia humida fiat. Poſt 24 *horas affundantur Sp. vini rectificati unc.* xxx. *Digere tepide per* xiv. *dies. Tum Elixir decantetur, & uſui ſervetur.*

Idem Elixir cum acido fit; ſi loco Olei tartari per deliquium addatur Olei Sulphuris per campanam drachm. j.

Elixir Salutis.

℞. Rad. Enulæ camp. unc. dimid.
Liquir. unc. j.
Fol. Senæ mundat. unc. iv.
Paſſul. Corinth. lib. dimid.
Sem. Coriandri.
Fœniculi ana unc. dimid.
Lign. Guajac unc. j.
Sp. Vini.
Vini Malvatici ana pint ij.

Digere per duas ſeptimanas; tum Tinctura decantetur, & uſui ſervetur.

Tin-

Tinctura Abſinthii.

℞. Summitat. Abſinthii unc. ij.
Sp. vini unc. xij.

Per octo dies digeratur; & Tinctura decantata ſervetur uſui.

Eodem modo paratur Tinctura *Florum Centaurii minoris.*

Tinctura Corticis Winterani.

℞. Cort. Winterani unc. j.
Liquoris tartari drachm. v.
Sp. vini rectificati unc. xij.

Per decem dies digerantur; & Tinctura decantata ſervetur uſui.

Tinctura Gummi Benzoin.

℞. Gummi Benzoin in pulverem redacti unc. j.
Ol. tartari per deliquium quantum ad humectandum pulverem ſufficit.
Sp. vini rectificati unc. x.

Digere calide ad juſtam Tincturæ extractionem, quæ decantetur, & uſui ſervetur.

Tinctura Caſſiæ ligneæ.

℞. Caſſ. lign. morſu elect. & in pulv. craſſiorem redact. unc. j.
Sp. vini rectific. unc. x.

Digere per tres dies; & Tinctura decantata uſui ſervetur.

Tinctura Caſtorei.

℞. Caſtorei Siberini unc. j.
Sp. vini unc. x.

Digere per quatuordecim dies; & Tinctura decantata ſervetur uſui.

Eodem modo fiunt Tinct. *Corticum Kinæ Kinæ, Cinamomi, Croci, Florum Hyperici, Lavendulæ, & Rhabarbari.*

Tinctura Radicum Contrajervæ.

℞. Rad. Contrajervæ. unc. j.
Sp. vini rectific. unc. x.

Digerantur per ſex dies; & Tinctura decantata ſervetur uſui.

Tinctura Gummi Laccæ.

℞. Gummi Laccæ a baculis ſeparati unc. dimid.
Ol. tartari per deliquium unc. j.

Terantur accuratiſſime in mortario vitreo; tum in vitro ad lenem ignem exſiccentur; dein liqueſcant in aëre; ſiccentur rurſum; idque fiat ter. Ultimo, exſiccatis adde Alcohol alcaliſatum ad exceſſum trium digitorum. Tum in alta phiala, ſpatio biherii leniter ebulliant. Tinctura decantata ſervetur uſui.

Eodem modo parandæ Tincturæ *Myrrhæ & Succini.*

Tinctura Radicum Helenii.

℞. Rad. Helenii libr. dimid.
Sp. vini unc. xxx.

Digere per aliquot dies ad ſufficientem Tincturæ extractionem; & Tinctura decantata ſervetur uſui.

Tinctura Radicum Jalappæ.

℞. Rad. Jalapp. reſinoſ. in pulv. redact. unc. ij.
Sp. vini unc. xvj.

Tepide digerantur per trium ſeptimanarum ſpatium; & Tincturam decantatam ſerva uſui.

Tinctura Ligni Guajaci.

℞. Raſur. lign. Guajaci unc. iij.
Sp. vini unc. xij.

Calide digerantur ad ſufficientem Tincturæ extractionem, quæ decantata ſervetur uſui.

Eodem modo præparatur Tinctura *Cort. ligni Saſſafras.*

Tinctura Opii.

℞. Opii crudi in tenues laminas ſciſſi unc. dimid.
Sp. vini unc. x.

Digere per xij. *dies; Tinctura decantata ſervetur uſui.*

SECTIO

SECTIO QUINTA.

De Acetis.

Acetum Calendulæ.
Lavendulæ.
Roſaceum.
Rutaceum.

Fiunt omnia eodem modo

Affundendo florum, aut herbarum mediocriter ſiccatarum unc. iij. *Aceti vini libr.* iij.

Acetum Deſtillatum.

Fit deſtillando acetum ad tres quartas partes, abjiciendo phlegma, quod prius adſcendit.

Acetum Lithargyrii.

℞. Lithargyrii unc. ij. cum ſemiſſe.
add. Aceti vini pint. ij.

Digere, donec acetum acredinem amiſerit, dein leviter ebulliant, & acetum decantatum ſervetur uſui.

Acetum Scilliticum.

℞. Rad. Scillæ in taleolas ſect. & leviter ſiccat. libr. j.
Aceti libr. vj.

Digerantur diu, & dein colentur.

Acetum Theriacale.

℞. Theriac. Androm. unc. ij.
Acet. vini unc. xxv.

Digere diu, deinde acetum decantatum ſervetur uſui.

SECTIO

SECTIO SEXTA.

De Syrupis, Mellitis & Rob.

Syrupus Althææ Fernelii.

℞. Rad. Althææ unc. ij.
Aſparagi.
Glycyrrh. raſæ.
Graminis.
Uvarum paſſarum ab arillis expurgatarum ana unc. ſemis.
Cicerum rubrorum unc. j.
Summitatum Althææ.
Herb. Adianti utriuſque.
Malvæ.
Parietariæ.
Pimpinellæ.
Plantaginis ana manip. j.
Sem. iv. frigid. maj.
minor. contuſorum ana drachm. iij.

Coq. in ſ. q. aq. ad tertiæ partis conſumtionem. Colat. cum Sacchari albi libr. iv. *coq. in Syrupum.*

Syrupus Artemiſiæ.

℞. Herb. Abrotani.
Artemiſiæ.
Matricariæ.
Pulegii. recent.
Flor. Hyperici. ana manip. j.
Sem. Dauci cret.
Leviſtici.

Rutæ ana unc. ſemis.

Deſtilla cum aq. puræ pintis iv. *& abſtrahatur pinta una, quæ in vitro ſervanda. Reſiduum expreſſum & depuratum coq. cum Sacchari albiſſimi libr.* ij. *in Syrup. Huic Syrupo admiſce alium, qui paretur ex dicta aqua deſtillata, & Sacchari ad conſiſtentiam tabulati cocti unc.* L.

F. ſ. a. Syrupus.

Syrupus Boraginis.

℞. Succi Fol. Boraginis recent. expreſſi libr. j. & ſemiſſem, cui bene deſpumato adde,

Sacch. alb. libr. j. & dimidiam.

Coq. ad Syr. conſiſtentiam.

Syrupus Cardui benedicti.

℞. Succi ex Fol. Cardui benedicti recent. expreſſi libr. j. & ſemiſſem.

Sacch. albi libr. ij.

Coq. ad conſiſtentiam Syrupi.

Syrupus Cydoniorum.

℞. Succi Cydoniorum recens expreſſi unc. xij.

Sacch. clarificati ad conſiſtentiam tabellarum cocti unc. xxx.

Agitando, redige in Syrupum.

Eodem modo fiunt

Syrupus e ſucco Citri.

Rubi Idæi.

Julapium Roſaceum cum Aq. roſ. deſtill.

Sy-

Syrupus Capillorum Veneris.

℞. Herbæ Capill. Veneris recentis, & parum conſciſſæ unc. v.
Rad. Glycyrrh. raſæ. unc. ij.

Poſt macerationem xxiv. *horarum in ſ. q. aq. calidæ ebulliant ſ. a. Colaturæ clarificatæ libr.* v. *addantur Sacchari albi libr.* iv.

Coque ſ. a. in Syrupum.

Syrupus Cichorei cum Rhabarbaro.

℞. Rad. Apii.
Aſparagi.
Fœniculi. recent. ana unc. ij.
Herb. Cichorei.
Endiviæ ſativæ.
Taraxici ana manip. ij.
Fumariæ.
Hepaticæ, ſeu Lichenis.
Lactucæ.
Lupulorum.
Sonchi levis ana manip. j.
Capill. Veneris.
Hordei integri ana unc. j. cum ſemiſſe.
Fructuum Alkekengi.
Rad. Glycyrrhizæ raſæ ana drach. vj.

Coque in ſ. q. aq. ad tertiæ partis conſumtionem; dein percolentur, & de hoc decocto deme ſ. q. ad ſequentem infuſionem; reliquo adde Sacchari albi libr. iv.

Clarificata coque in Syrupum ſpiſſiorem; tum

 ℞. Rha-

℞. Rhabarb. electi unc. iv.
Spicæ nardi Ind. drach. ij.

Infundantur in decocti præſcripti ſ. q. Poſt levem ebullitionem colatura fortiter expreſſa, miſceatur ſub finem coctionis cum Syrupo, ſola ſcilicet diſſolutione, vel unica ebullitione.

Syrupus Fumariæ.

℞. Rad. Polypodii quercini unc. ij.
Herb. Abſinthii Romani.
Cuſcutæ.
Endiviæ.
Lupuli.
Scolopendrii ana manip. unum.
Epithymi unc. j. cum ſemiſſe.

Coque in ſ. q. aq. ad medias. Colaturæ adde
Succi Fumariæ libr. j. cum ſemiſſe.
Boraginis.
Bugloſſæ ana libr. dimidiam.
Sacchari albi libr. iv.

Coque ſ. a. in Syrupum.

Syrupus Hyſſopi Zwelferi.

℞. Herb. Hyſſopi recentis unc. iv.
Rad. Apii.
Fœniculi.
Glycyrrhizæ recent.
Petroſelini ana unc. ij.

Craſſiuſcule conſciſſis & contuſis, ac cucurbitæ vitreæ immiſſis, ſuperaffundantur

Suc-

Succi Hyſſopi libr. j.
Fœniculi libr. dimidia.

Et poſt digeſtionem unius diei f. deſtillatio ſuccorum fere ad ſiccitatem ſpecierum. Aquæ deſtillatæ denuo immerge,

Herb. Hyſſopi recentis.
Rad. Scillæ recentis non præparati ana unc. j. cum ſemiſſe.

Et poſtquam per diem in calore ſteterint, f. colatura, expreſſio, & filtratio. Tum

℞. Species omnes a deſtillatione, & ultima extractione relictas, eaſque cum ſ. q. aq. coque circiter ad libr. ij. Decoctum expreſſum albumine ovorum optime clarificatum, cum libris ij. Sacchari coquatur ad priſtinam hujus conſiſtentiam, ſive formam Tabulati; cui adde

Eſſentiæ ſuperius deſtillatæ & infuſæ circiter unc. xv; *& ſola diſſolutione vel unica ebullitione f. Syrupus.*

Syrupus Jujubinus.

℞. Jujubas LX.
Hordei mundati.
Rad. Glycyrrhizæ raſæ.
Herb. Capill. Veneris ana unc. j.
Flor. Violarum.
Sem. Malvæ ana drachm. v.
Cydoniorum.
Lactucæ.
Melonum.

Papaveris albi ana drachm. iij.

Coque in ſ. q. aq. ad partem dimidiam. Colaturæ adde

Sacchari albi libr. ij.

Coquantur in Syrupum.

Syrupus Menthæ.

℞. Succi Cydoniorum.

Granatorum acidorum depurat.

Infuſ. Roſar. rubr. ana libr. dimid.

Sacch. alb. libr. iij.

Coq. ſ. a. in Syrupum. Sub finem coctionis adde

Succi Menthæ, libr. j.

Syrupus Myrtinus.

℞. Bacc. Myrti unc. ij. cum ſemiſſe.

Meſpil. immatur. libr. dimid.

Sem. Oxyacanthæ ſeu Berberi.

Sumach, ſeu Rhois Obſoniorum.

Flor. Balauſtiorum.

Roſar. rubr.

Ligni Santali albi.

Rubri ana unc. cum ſemiſſe.

Contuſa coque in ſ. q. aq. ad tertiæ partis conſumtionem; expreſſo & percolato decocto adde

Sacch. albi clarificati libr. v.

Coquantur denuo ad ſpiſſiorem conſiſtentiam; ſub finem adde

Succi Cydoniorum.

Gra-

Granatorum acidorum depurat. ana libr. ij.
F. ſ. a. Syrupus.

Syr. Papaveris Alb.

℞. Capit. Papav. alb. bene ſiccat. unc. xiv.

Macerentur in aq. puræ libr. viij. *per* 24. *horas. Deinde probe coquantur, & cocta exprimantur fortiſſime; expreſſo adde Sacchari unc.* xxiv. *& coque in Syrupum.*

Syrupus Papaveris Erratici.

℞. Succi florum Papav. Erratici fortiter expreſſi q. v.

Affunde Sacch. albi ad conſiſtentiam tabellarum cocti q. ſ.

F. ſ. a. leni igne Syrupus.

NB. Deficientibus autem floribus recentibus, licebit eoſdem ſiccatos cum aqua coquere, & decoctum cum Saccharo albo in conſiſtentiam Syrupi ſ. a. redigere.

Syrupus quinque Radicum.

℞. Rad. Apii.
Aſparagi.
Fœniculi.
Petroſelini.
Ruſci, recentium ana unc. iv.

Coque in ſ. q. aquæ; colaturæ adde
Sacchari albi libr. iv.
Clarificata coquantur in Syrupum.

Sy-

Syrupus Roſarum ſiccatarum.

℞. Roſarum rubrarum ſiccatarum libr. j.
Macerentur horis xxiv. *calide in aq. tepidæ ſ. q. Colaturæ expreſſæ adde*
Sacchari alb. libr. ij.
Coque in Syrupum.

Syrupus Roſarum ſolutivus.

℞. Infuſionis Roſarum pallidarum ſæpe iteratæ libr. v.
Sacch. albi libr. iv.
Coque in Syrupum.

Syrupus Roſarum ſolutivus cum Sena.

℞. Fol. Senæ mund. unc. viij.
Macerentur biduo in infuſionis Roſarum pallidarum q. ſ. Colaturæ expreſſæ adde
Sacch. albi libr. ij.
F. ſ. a. Syrupus; cui, antequam frigeſcat, admiſce Elæoſacchar. ſeq.
Ol. ſtillat. Anis.
Fœnic. ana gtt. viij.
Sacch. optimi unc. dimidiam.
F. ſ. a. in mortario vitreo Elæoſaccharum.

Syrupus Stœchadis.

℞. Florum Stœchadis unc. iv.
Herb. Betonicæ.
Calaminthæ.
Origani.
Thymi ana unc. j. cum ſemiſſe.

Sal-

Salviæ.
Flor. Roriſmarini ana unc. dimid.
Sem. Fœniculi.
Pæoniæ.
Rutæ ana drachm. iij.

Deſtillentur in aq. puræ pintis iv. *per veſicam*, *& abſtrahatur pinta una. Aqua deſtillata ſervetur in vitro. Reſiduum expreſſum, cum ſ. q. Sacch. albi coq. in Syrupum ſpiſſiorem. Cui admiſce Syr. ſeq.*

℞. Aq. deſtill. pint. j.
Sacch. alb: ad conſiſtentiam tabularum cocti unc. L.
F. ſ. a. Syrupus.

Syrupus Symphyti Fernelii.

℞. Radicum & Comarum Symphyti majoris.
Herb. Bellidis cum toto, ana partes iij.
Betonicæ
Pimpinellæ
Plantaginis
Polygoni
Scabioſæ.
Tuſſilaginis } recent.
Flor. Roſarum rubr. ana partes ij.

Ex omnibus in paucillo aquæ coctis exprimatur ſuccus, qui coquatur, & deſpumetur. Ejus libris iij. *adde*
Sacch. alb. libras. ij. cum ſemiſſe.
Coque in Syrupum.

Syrupus Violaceus Simplex.

℞. Sacchari ad conſiſtentiam tabellati cocti libr. ij.
Affundatur
Infuſionis florum Violarum recentium, a caliculis mundatorum, q. ſ.

Ut agitando ſine coctione in Syrupum, valde cærulei coloris, redigatur.

Loch Sanum & Expertum.

℞. Cinamomi optimi.
Herb. Hyſſopi.
Sem. Aniſi.
Fœnic. dulc.
Rad. Iridis Flor. ana drachm. ij.
Glycyrrhizæ raſæ.
Sem. Lini ana drachm. ij.
Fœnugræci drachm. ij. cum ſemiſſe.
Fruct. Jujub.
Sebeſten ana paria viij.
Paſſularum majorum exacinatarum.
Ficuum pinguium.
Dactylorum ab oſſibus liberatorum ana unc. j.
Herb. Capill. Veneris manip. dimid.

Contuſa & conſciſſa coq. in ſ. q. aq. Colaturæ unc. xx. *fortiter expreſſæ adde*

Pulp. Pinearum mund. drachm. ij. cum ſemiſſe.
Amygd. decorticat. }
Rad. Glycyrrhizæ opt. }

Gum-

Gummi Tragacanthi
Arabici.
Amyli ana drachm. ij.
Rad. Iridis Flor. drachm. j. cum ſemiſſe. } in pulverem redactorum.

M. & diu agitando f. Loch album.

Quamvis hoc Medicamentum non adeo præciſe ad artis regulam ſit compoſitum; tamen ob crebram & dudum receptam deſcriptionem, hic ſine ullâ mutatione interſerere viſum.

Mel Mercurialis.

℞. Succi Mercurialis depurati libr. iij.
Mellis optimi deſpumati libr. iv.

Coque lento igne in Syrupi conſiſtentiam.

Mel Roſarum rubrarum.

℞. Flor. Roſarum rubrarum ſicc. libr. j.

Macerentur parum in ſ. q. aq. Dein colentur, & fortiter exprimantur, ac adde

Mellis optimi deſpumati libr. iij.

Coque lento igne in conſiſtentiam Syrupi ſpiſſioris.

Oxymel ſimplex.

℞. Mellis optimi deſpumati q. v.

Solve ſuper cineres calidos in vaſe fictili; ſoluto admiſceatur

Aceti vini albi q. ſ.

Ut agitando ſine coctione redigatur in conſiſtentiam Syrupi.

Oxymel Scilliticum.

℞. Mellis optimi, & deſpumati q. v.

Solvatur, ut in Oxymelle ſimplici dictum; ſoluto adde

Aceti Scillitici. q. ſ.

Ut ſine coctione, ſolummodo agitando, redigatur in conſiſtentiam Syrupi.

Diamoron Nicolai.

℞. Succi Mororum immaturor. Celſi
Rubi ana libr. j.

Mellis optimi deſpumati, libr. j. cum ſemiſſe.

Coque in Syrupum ſpiſſiorem ſ. a.

Rob Acaciæ vulgaris, ſeu Prunorum ſylveſtrium.

℞. Fruct. Prunorum ſylveſtr. immatur. q. v.

Coque ad mollitiem; trajiciatur pulpa per cribrum; trajectæ libræ uni, adde

Sacchari albi libr. ij.

Coque in conſiſtentiam Rob.

Rob Berberorum.
Ribeſiorum.
Sambuci.

℞. Succi Berberorum.
vel Ribeſiorum.
vel Baccar. Sambuci libr. iij.

Sacch. albi libr. j.

Coque ſ. a. in conſiſtentiam Rob.

Rob

Rob Juniperinum.

℞. Bacc. Junip. rec. quoad fieri poteſt q. v.

Coque lento igne ad mollitiem, & trajiciatur pulpa per cribrum. Pulpæ trajectæ libr. j. *adde*

Sacch. albi puriſſimi libr. ij.

Evapora leniter in conſiſtentiam Rob.

NB. Quod omnes Syrupi cocti debeant ſ. a. cum albumine ovi a ſordibus depurari.

Oxyſaccharum vomitivum Angeli Salæ.

℞. Vitri antimonii in pulver. red. unc. dimid.

Aceti vini albiſſimi unc. viij.

Infunde in balneo per xv. *horas. Col. adde*

Sacch. albiſſimi unc. iv.

Et in patina vitrea reducatur ad conſiſtentiam Oxyſacchari, inſtar craſſioris Julapii.

SECTIO SEPTIMA.

De Conditis & Conſervis.

Conditæ Radices.

Acori vulgaris.
Enulæ campanæ.
Eryngii.
Satyrii.
Zingiberis.

Cortices conditi.

Aurantiorum.
Citriorum.

Fructus conditi.

Berberi.
Ceraſa nigra.
Nuces Jugland.
  Moſchatæ.
Ribeſia.
Caro & Miva Cydoniorum.

Coquantur Radices, Cortices & Fructus condiendi in ſ. q. aquæ ad debitam mollitiem; & condiendis Radicibus, Corticibus, & Fructibus affundatur Syrupus optimus; qui, cum nimis tenuis evaſerit, recoquatur & reaffundatur; idque fiat aliquoties, donec Syrupus affuſus debitam ſpiſſitudinem retineat.

Conſervæ

Florum.

Anthos.
Aurantiorum.
Betonicæ.
Boraginis.
Calendulæ.
Caryophyllorum, ſeu Tunicæ.
Euphragiæ.
Hederæ terreſtris.
Pæoniæ.
Roſarum pallidarum.
  rubrarum.
Tanaceti ſummitatum.
Violarum.

Con-

Conſervæ.

Herbarum.

Abſinthii vulg.
Meliſſæ.
Menthæ.
Salviæ.

Humidiorum ſingulis libris adde Sacchari albi libras iij.

Saccharum Althææ.

℞. Pulpæ Rad. Althææ unc. iij.
Sacch. albiſſimi tenuiſſime triti libr. j.
Aquæ Roſac. q. ſ.

F. ſ. a. Tabellæ.

Tabellæ è ſucco Citri.

℞. Sacch. albiſſimi & puriſſimi in pulv. redacti, & rite ſiccati unc. j.
Succi pomi Citri rec. expr. drachm. j.

F. ſ. a. Tabellæ.

Trochiſci bechici albi.

℞. Rad. Iridis florent. in pulv. redact. unc. j.
Sacch. albiſſimi libr. j.
Mucilag. Gummi Tragacanth. q. ſ.

F. ſ. a. Trochiſci leniter exſiccandi, & amylo adſpergendi.

SECTIO

SECTIO OCTAVA.

De Electuariis ſolutivis.

Electuarium Cholagogum Sylvii.

℞. Pulp. Prunor. acido-dulc. unc. x.
Crem. tart.
Scammon. opt. ana unc. ij.
Rhabarb. elect. drachm. x.
Cinamomi acuti unc. dimid.
Ligni Santali Citrini drachm. ij.
Sacch. clarific. unc. xvj.
F. ſ. a. Electuar.

Confectio Hamech.

℞. Fol. Senæ mundat.
Rad. Polyp. querc.
Rhabarbari electi.
Agarici albi, &
Pulpæ Colocynthidis in nodulo ligat.
Flor. Violarum.
Herb. Epithymi ana unc. ij.
Abſinthii vulgaris.
Thymi ana unc. j.
Sem. Aniſi.
Fœniculi.
Flor. Roſar. rubr. ana unc. dimid.
Infunde, & decoque ſ. a. in Seri lactis ſ. q. colaturæ expreſſæ adde
Succi Fumariæ depurati

Sac-

Sacchari albi ana libr. j. cum ſemiſſe.

Decoctis ad mellis conſiſtentiam, & percolatis admiſce

Pulpæ Caſſiæ.

Prunorum.

Tamarindorum.

Mannæ Calabrinæ ana unc. j. cum ſemiſſe.

In debitam conſiſtentiam redactis inſperge

Fol. Senæ mundatorum.

Rhabarbari electi ana unc. j.

Scammonii præparati unc. j. cum ſemiſſe.

Sem. Fumariæ.

Aniſi.

Rad. Spicæ Nardi Indicæ ana drachm. ij.

F. ſ. a. Electuarium.

Diacatholicon.

℞. Rad. Polypodii querni unc. iv.

Sem. Fœniculi drachm. vj.

Coque ſ. a. in ſ. q. aquæ. Colaturæ adde

Sacch. albi libr. ij.

Percoquantur in Syrupum; in eoque diſſolve

Pulpæ Caſſiæ.

Tamarindorum ana unc. ij.

Solutis adde

Fol. Senæ mundat. unc. ij.

Rhabarb. electi.

Mechoacanæ non carioſæ ana unc. j.

Sem. Aniſi unc. dimid.

Quatuor frigid. major. mundat.

Rad. Glycyrrh. raſæ.
Florum Violarum ana drachm. ij.
F. ſ. a. Electuarium.

Diaphœnicon.

℞. Pulpæ Dactylorum mundatorum, in aceto maceratorum, & cribro trajectorum, probe evaporatæ libr. j.
Amygdal. dulc. excorticat. unc. iij.
Contuſis & mixtis adde
Mellis deſpumati libr. ij.
Paululum coquantur, deinde inſpergantur pulv. ſequentes
Rad. Turbith tenuiſſime triti unc. iv.
Scammonii præparati unc. j. cum ſemiſſe.
Rad. Zingiberis.
Galangæ.
Ligni Aloës.
Cinamomi.
Macis.
Fol. Rutæ ſiccat.
Piperis.
Sem. Fœniculi.
Dauci ana drachm. ij.
F. ſ. a. Electuarium.

Hiera Picra Galeni.

℞. Aloës Socotrinæ lucidæ unc. xij. cum ſemiſſe.
Cinamomi.

Ligni

Ligni Aloës.
Rad. Aſari.
Spicæ Nardi Indicæ.
Croci.
Maſtiches ana drachm. vj.
Mellis deſpumati triplum.

F. ſ. a. Electuarium.

Caveatur, ne Aloë vel Maſtiche in grumos abeat, & diligens cura habeatur, ut Crocus flavum ſuum colorem cum toto communicet.

Electuarium Hydragogum Sylvii.

℞. Pulp. Bacc. Junip.
Tamarind. ana unc. iv.
Rad. Jalapp. unc. j. cum ſemiſſe.
Scammonii electi unc. j.
Cinamomi acuti.
Sem. Fœnic. dulc. ana drachm. ij.
Sacch. clarific. unc. x.

F. ſ. a. Electuarium.

Notetur, in hoc Electuario Saccharum clarificatum ad conſiſtentiam Syrupi ſpiſſioris eſſe coquendum, & Scammonium in tenuiſſimum pulverem redactum, non niſi ſub finem eſſe addendum.

Lenitivum.

℞. Uvarum paſſarum ab arillis mundatarum unc. ij.
Herb. Mercurialis manip. iij.
Capill. Veneris recentis.

Flor. Violar.
Hordei mund. ana manip. j.
Rad. Glycyrrhizæ raſæ.
Sem. Fœniculi ana unc. dimid.
Jujubas.
Sebeſten ana num. xx.
Prunorum.
Tamarindorum ana unc. j.
Rad. Polypodii querni recent.
Fol. Senæ ana unc. ij.

Macerentur per noctem, & coquantur ſ. a. in ſ. q. aq. Col. adde

Sacch. alb. libr. j.
Mell. opt. libr. dimid.

Coque ad conſiſtentiam Syrupi ſpiſſioris; tum adde

Pulp. Caſſiæ.
Tamarindorum.
Prunorum ana unc. iv.

Tum ſenſim admiſce

Fol. Senæ mundat. in ſubtiliſſimum pulv. redact. unc. iij. cum ſemiſſe.
Sem. Aniſi in pulv. redacti drachm. iij.

M. f. Electuarium.

Succi Roſarum.

℞. Succi Roſarum pallidarum recent. depurat.
Sacch. albi ana libr. j. cum ſemiſſe.

Coque ſ. a. in Syrupum ſpiſſiorem; cui adde

Lign. Santalorum omnium.
Cinamom. in pollinem redact. ana drachm. ij.

Et

Et cum fere refriguerint, admiſce

Scammonii præparati unc. j. cum ſemiſſe.

F. ſ. a. Electuarium.

SECTIO NONA.

De Antidotis & Opiatis.

Theriaca Andromachi Senioris.

℞. Trochiſcorum Scilliticorum unc. vj.
Viperinorum.
Magmatis Hedychroi.
Opii præparati.
Piperis longi ana unc. iij.
Rad. Iridis Florentinæ.
Agarici albi & levis.
Cinamomi.
Scordii cretici, aut noſtratis.
Flor. Roſarum rubrarum.
Sem. Buniadis, ſeu Napi.
Olei Nucis Moſchatæ per expreſſionem, pro Opobalſamo.
Succi Glycyrrhizæ ana unc. j. cum ſemiſſe.
Rad. Coſti odorati.
Pentaphylli.
Rhapontici, vel ejus loco Rhabarbari.
Spicæ Nardi Indicæ.
Zingiberis.
Caſſiæ ligneæ.
Fol. Dictamni creticæ.
Calaminthæ montanæ.
Marrubii.

Flor. Schœnanti.
 Stœchadis Arabicæ.
Croci Britannici.
Piperis albi.
 Nigri.
Sem. Petroſelini Macedonici veri.
Myrrhæ.
Thuris maſculi.
Terebinthinæ Cypriæ ana drachm. vj.
Rad. Acori, ſeu Calami Arom. noſtratis.
 Gentianæ.
 Meu Athamantici.
 Phu, ſeu Valerianæ.
 Spicæ celticæ.
Fol. Chamædryos.
 Chamæpityos.
 Lauri, pro Malabathro.
 Polii montani albi.
Bacc. Junip. recent. pro Carpobalſamo.
Sem. Ammios.
 Aniſi.
 Cardamomi minoris.
 Fœniculi.
 Hyperici.
 Seſelios Maſſilienſis.
 Thlaſpios.
Caryophylli Plinii, pro Amomo.
Boli Armeniæ veræ, pro Terra Lemnia.
Chalcitidis toſtæ, donec cinericia fiat.
Gummi Arabici vermiculati.
 Sagapeni.

Sty-

Styracis calamitæ ſinceræ.
Succi Acaciæ veræ.
Hypociſtidis ana unc dimid.
Rad. Ariſtolochiæ tenuis.
Flor. Centaurii minoris.
Sem. Dauci cretici.
Gummi Opopanacis.
Galbani.
Caſtorei.
Bituminis Judaici ana drachm. ij.
Vini generoſi Canarini q. ſ. liquandis gummi & ſuccis.
Mellis Narbonenſis triplum.

Omnes Radices, Cortices, Herbæ, Flores, Fungi, Baccæ in pulverem ſubtiliſſimum redigantur; quæ autem in Vino canarino vel Melle ſolvi poſſunt, in iis ſeorſim ſolvantur. Et deinde ſ. a. reliqui pulveres cum iis miſceantur, ut lege artis fiat Electuarium.

Mithridatium Damocratis.

℞. Croci Britannici.
Myrrhæ.
Thuris maſculi.
Zingiberis.
Agarici albi & levis.
Spicæ Nardi Indicæ.
Cinamomi.
Sem. Thlaſpios. ana drachm. x.
Seſelios Maſſilienſis.
Rad. Coſti odorati.

Fol.

Fol. Lauri, pro Malabathro.
Flor. Schœnanthi.
Stœchadis Arabicæ.
Piperis longi.
Caſtorei.
Styrac. Calamitæ ſinceræ.
Gummi Galbani.
Opopanacis.
Succi Hypociſtidis.
Terebinthinæ Cypriæ.
Ol. Nucis Moſchatæ expreſſi, pro Opobalſamo ana unc j.
Caſſiæ Ligneæ.
Polii montani albi.
Scordii cretici, aut noſtratis.
Piperis albi.
Bacc. Juniperi, pro Carpobalſamo.
Sem. Dauci cretici.
Gummi Bdellii.
Trochiſcorum Cypheos ana drachm. vij.
Rad. Gentianæ.
Spicæ celticæ.
Fol. Dictamni creticæ.
Sem. Petroſelini Macedonici veri.
Cardamomi minoris.
Fœniculi.
Flor. Roſarum rubrarum.
Opii præpar.
Gummi Arabici vermiculati ana drachm. v.
Rad. Acori veri.

Aſari

Aſari.
Phu, ſeu Valerianæ.
Sem. Aniſi.
Gummi Sagapeni. ana drachm. iij.
Rad. Meu Athamantici.
Sem. Hyperici.
Succi Acaciæ veræ.
Ventris Scinci, ana drachm. ij. cum ſemiſſe.
Vini generoſi canarini q. ad ſolvendum gummi & ſuccos ſufficit.
Mellis Narbonenſis triplum.
F. ſ. a. Opiatum.

Diaſcordium Fracaſtorii.

℞. Foliorum Scordii ſiccatorum.
Florum Roſarum rubrarum ana unc. j.
Boli Armenæ veræ unc. ij.
Rad. Biſtortæ.
Gentianæ.
Tormentillæ.
Caſſiæ ligneæ.
Cinamomi.
Fol. Dictamni creticæ.
Sem. Acetoſæ.
Styracis calamitæ.
Gummi Galbani.
Arabici vermiculati ana unc. dimid.
Opii præparati.
Zingiberis.
Piperis longi ana drachm. ij.

Mellis deſpumati libr. iij.
Vini generoſi canarini q. ſ.

F. ſ. a. Opiatum.

Quæ de Gummi aliiſque ſolvendis in præparatione Theriacæ dicta ſunt, idem hic, ut & in præparatione Mithridatii monetur.

Idem Diaſcordium incompletum dictum, fit ſine *Galbano* & *Gentiana.*

Diaſcordium Sylvii.

1 ℞. Rad. Gentianæ unc. dimid.
Angelicæ drachm. ij.
Fol. Scordii ſiccat. unc. ij.
Card. bened.
Dictamni cret. ana unc. dimid.
Croc. opt. drachm. ij.
Acaciæ veræ drachm. j. cum ſemiſſe.

Conſciſſis & contuſis paululum, affundatur Sp. vini rectificatus ad trium quatuorve digitorum ſupereminentiam. Stent per xxiv. *horas in loco tepido; Tinctura tunc effundatur, aliuſque Sp. vini ſimilis toties affundatur, digeratur, effundaturque, quoties ad Tincturæ omnis atque virtutis extractionem opus erit.*

Tincturæ omnes confuſæ poſt ſubſidentiam fœcum, ſi quæ ſint, claræ, puræque ab ipſis lente effundantur, atque Sp. vini in M. B. ad extracti liquidioris, vel Julapii conſiſtentiam iterum ſeparetur & abſtrahatur. Qui ſimili uſui inſervire poterit, aut loco Spiritus Aromatici feliciter aliis medicamentis admiſceri.

2 ℞

2 ℞. Opii Thebaici q. l.

Huic blande ſiccato affunde Acetum ſtillatitium ad quatuor digitorum ſupereminentiam. Stent loco tepido tamdiu, donec Tinctura rubicunda eliciatur; quæ effundenda, & ſeorſim ſervanda, donec ſimili modo ex Opio reliquo Tinctura reliqua extrahatur.

Tincturæ omnes poſt ſubſidentiam clareſcentes, a ſubſidentibus fœcibus effundantur, & ſimiliter ad Extracti mollioris, aut Syrupi fluidioris conſiſtentiam igne lento deducantur.

3 ℞. Rad. Imperatoriæ unc. j.
Caſſiæ ligneæ.
Cinamomi opt. ana unc. dimid.
Nucis Moſch. drachm. iij.

M. f. Pulv. tenuiſſimus.

4 ℞. Bol. Armenæ veræ unc. j. cum ſemiſſe.
Teratur ſeorſim, ac cribretur, mox in porphyrite lævigetur in pollinem.

5 ℞. Gummi Arabici vermiculati unc. dimid.
Solvatur in aq. Fœniculi unc. j. vel j. cum ſemiſſe.

6 ℞. Extractum prius totum.
Extracti opii drachm. ij.
Pulverem utrumque.
Hæc ſimul miſce, addendo paulatim
Gummi Arabicum ſolutum.
Simul terantur exacte, & ſi conſiſtentia videatur ſolidior, adde

Syr. Myrt. q. ſ.

M. f. ſ. a. Opiatum.

Confectio Alkermes.

℞. Syrupi granorum Kermes libr. ij. cum ſemiſſe.
Ambræ gryſeæ, minutim conſciſſæ, drachm. ij.
Ligni Aloës.
Cinamomi ana drachm. vj.
Margaritarum præpar. drachm. ij.

F. Pulvis tenuiſſimus, & commiſceatur Syrupo granorum Kermes calefacto, & leniter evaporato ad Mellis conſiſtentiam.

Confectio Alkermes etiam ſine Ambra fit eodem modo.

Confectio corroborans.

℞. Corall. rubr. unc. dimid.
Boli Armenæ veræ unc. j.
Granorum Kermes.
Rad. Dictamni albæ.
Tormentillæ.
Sem. Acetoſæ.
Limonum.
Portulacæ.
Flor. Ros. rubr.
Croci.
Lign. Santalorum omnium.
Raſuræ Eboris ana ſcrup. iv.
Cornu cervi drachm. iij.

Omnibus rite in pulverem redactis, adde Syr. è ſucco Citri q. ſ. ad conſiſtentiam Electuarii.

Philonium Meſuæ.

℞. Sem. Hyoſcyami albi.
Piperis albi ana unc ij. cum ſemiſſe.
Opii præparati drachm. x.
Croci drachm. v.
Rad. Pyrethri.
Spicæ Nardi Indicæ.
Caſtorei ana drachm. j.
Mellis deſpumati triplum.
F. ſ. a. Opiatum.

Crocus & Caſtoreum ſeorſim in pulverem redigantur, & Opium diſſolutum, depuratum & modice inſpiſſatum, ſub finem admiſceatur.

Requies Nicolai.

℞. Flor. Roſ. rubr.
Violar. ana drachm. iij.
Sem. Hyoſcyami albi.
Lactucæ.
Papaveris albi.
Portulacæ.
Pſyllii.
Scariolæ.
Cort. Radic. Mandragoræ.
Opii præparati.
Rad. Zingiberis.

Nucis Moſchatæ.
Cinamomi, ana drach. j. cum ſemiſſe.
Lign. Santalorum omnium.
Spodii ex ebore uſto.
Gummi Tragacanthi ana ſcrup. ij.
Mellis deſpumati triplum.

F. ſ. a. Opiatum.

Gummi Tragacanthi ſeorſim in pulverem redigatur, & ſub finem addatur.

SECTIO DECIMA.

De Pulveribus.

Pulveres purgantes.

Pulvis Diaſenæ.

℞. Fol. Senæ mundat. unc. ij.
Crem. tart. unc. dimid.
Sem. Fœniculi dulc. drachm. ij.
Macis.
Cinamomi.
Salis gemmæ ana drachm. j.

F. Pulvis.

Pulvis Hieræ ſimplicis Galeni.

℞. Aloës ſocotorinæ lucidæ unc. xij. cum ſemiſſe.
Cinamomi.
Ligni Aloës.
Rad. Aſari.
Spicæ Nardi Indicæ.

Croci.

Croci.
Maſtiches ana drachm. vj.
F. Pulvis.

Aloë, Maſtix, Crocus ſeorſim in pulverem redigantur, & reliquo pulveri addantur.

Pulveres Aromatici.

Pulvis Aromaticus Roſaceus.

℞. Flor. Roſ. rubr. drachm. xv.
Rad. Glycirrhizæ raſæ drachm. vij.
Cinamomi electi drachm. v.
Ligni Aloës.
Santali citrini ana drachm. iij.
Gummi Arabici.
Tragacanthi.
Macis.
Caryophyllorum ana drachm. ij. cum ſemiſſe.
Rad. Spicæ Nardi Indicæ.
Nucis Moſchatæ.
Sem. Cardamomi minoris.
Rad. Galangæ ana drachm. j.
F. Pulvis.

Omnia ſimul in pulv. redigantur præter Gummi Arabicum & Tragacanthum, quæ ſeorſim in pulverem redacta, reliquis admiſceantur.

Pulvis Comitiſſæ Kent.

℞. Oculor. cancri drachm. ij.
Lap. Bezoar. oriental.
Rad. Contrajerv.

Mar-

Margar.
Corall. rub.
Chelar. Cancr.
Succini præpar.
Trochiſc. de Viperis ana drachm. dimid.
Fol. auri ſcrup. dimid.
F. Pulvis.

Pulvis Diagalangæ.

℞. Rad. Calami arom.
Zingiberis ana drachm. j. cum ſemiſſe.
Galangæ drachm. vj.
Fol. Calaminthæ.
Menthæ ſiccat.
Rad. Spicæ Indicæ ana drachm. j.
Macis.
Cinamomi.
Flaved. Cort. Arantior.
Citrior. ſiccat. ana drachm. j. cum ſemiſſe.
Ligni Aloës drachm. vj.
Caryophyll.
Piperis albi.
longi ana drachm. j. cum ſemiſſe.
Sem. Aniſi.
Apii.
Cardamomi minoris.
majoris ana drachm. j.
Carui.
Fœniculi.
F. Pulvis.

Pulvis Diaïreos ſimplex.

℞. Rad. Iridis Flor. unc. dimid.
Sacchari canti albi.
Pulv. Diatragacanthi frigidi ana drachm. ij.
F. Pulvis.

Pulvis Diarrhodon.

℞. Flor. Roſ. rubr. unc. j. cum ſemiſſe.
Ligni Santali albi
rubri ana drachm. ij. cum ſemiſſe.
Xyloaloës.
Gummi Arabici.
Tragacanthi.
Spodii ex ebore ana ſcrup. ij.
Rad. Aſari.
Rhabarbari.
Spicæ Indicæ.
Cinamomi.
Croci.
Caryophyllorum.
Fructuum Berberorum.
Sem. Acetoſæ.
Aniſi.
Cardamomi minoris.
Endiviæ.
Fœniculi.
Lactucæ.
Ocimi.
Portulacæ.

Scariolæ.
Succi Glycyrrhizæ.
Maſtiches ana ſcrup. j.
Cornu Cervi crudi.
Margaritarum præpar. ana ſcrup. dimid.
F. Pulvis.

Gummi Arabicum, Tragacanthum, Crocus & Maſtix ſeorſim in pulv. redacta, cum ſupra præſcriptis commiſceantur.

Pulvis Diatraganthi frigidus.

℞. Gummi Tragacanthi albi unc. dimid.
Arabici vermiculati drachm. ij. cum ſemiſſe.
Amyli drachm. j.
Rad. Glycyrrh. raſæ.
Sem. Citrulli.
Cucumeris.
Cucurbitæ.
Melonum mund. ana drachm. dimid.
Sacch. canti alb. drachm. vj.
F. Pulvis.

Semina a corticibus mundata cum Rad. Glycyrrhizæ in pulv. redacta, cum Amylo & Sacharo canto albo in mortario marmoreo terantur; quibus adde Gummi Tragacanthum & Arabicum ſeorſim in pulv. redacta.

Pulvis Marchionis.

℞. Rad. Pæon. maris unc. dimid.
Ligni viſc. querc.

Raſ.

Raſ. Eboris.
Ung. Alcis.
Spodii.
Unicornu, vel ejus loco typhorum C. C.
Corall. alb.
rubr.
Margar. præpar. ana drachm. j.
Fol. auri puriſſimi no. xx.
F. Pulvis.

SECTIO UNDECIMA.

De Pulveribus chymicis.

Æthiops mineralis.

℞. Mercurii vivi part. iv.
Flor. Sulphuris part. iij.

Agitentur in mortario vitreo, piſtillo vitreo, donec *Mercurius* penitus diſpareat, & pulvis fiat niger.

Antihecticum Poterii.

℞. Antimonii in ſubtiliſſimum pulverem redacti part. j.
Limaturæ Stanni Anglici part. dimidiam.
Nitri puriſſimi part. iij.

Miſceantur accurate, detonentur, edulcorentur.

Antimonium Diaphoreticum.

℞. Antimonii optimi part. j.
Nitri puriſſimi part. iij.

Terantur in pulverem ſubtiliſſimum, ut accurate miſceantur; dein detonentur, eoque facto per horam

in igne detineantur; & frigefacta maſſa in ſubtilem pulverem redigatur, eritque *Antimonium diaphoreticum* non edulcoratum. Si vero *Nitrum* aquâ abluatur, erit *Antimonium diaphoreticum* vulgo ita dictum. Aqua, qua ablutum eſt, ad dimidium evaporata, dabit *Nitrum antimoniatum*.

Butyrum, & Cinnabaris Antimonii.

℞. Antimonii crudi pulveriſati.
Mercurii ſublimati corroſivi, ana part. æquales.

Terantur diu in mortario vitreo, vel lapideo, ut bene miſceantur. Eo pulvere reple retortam vitream ampli colli, ad dimidium. Impone arenæ; agglutina recipiens; excita ignem primi gradus, & extillabit liquor craſſus concreſcens, prunâ admotâ ſubinde ſolvendus, ne collum retortæ occludat, eaque diſſiliat. Augeatur ignis, donec egrediantur vapores rubri; tum remoto recipiente, aliud recipiens cum aqua appone; commiſſuriſque non lutatis auge ignem, ut retorta candeat, & ita per quadrihorium continua.

Tunc refrigeratis omnibus, habebis *Butyrum Antimonii*, & ejus *Cinnabarin* collo retortæ adhærentem. *Butyrum Antimonii* ex arena per retortam rectificetur, *Cinnabaris* vero ita ſervetur.

Cremor Tartari.

℞. Tartari Rhenani alb. in pulv. red. & aliquoties abluti q. v.

Coque lento igne cum ſ. q. aq. in vaſe fictili, uſque

dum

dum pellicula appareat, quæ tudiculâ ligneâ colligenda, exſiccanda ſuper chartam bibulam, & in vitro bene obturato ſervanda, idque repetatur, donec pellicula non amplius appareat.

Crocus Martis aperiens.

℞. Limaturæ martis.
Sulphuris ana partes æquales.

Terantur diu in mortario vitreo, vel lapideo, affundendo aquam, ut ſint paſta; hæc per quinque horas reponatur; dein tecto crucibulo apponatur igni, ut deflagret; ſervetur adhuc per bihorium circiter in igne, perpetuo agitando, donec pulvis fiat ruber.

Crocus Metallorum.

℞. Antimonii crudi.
Nitri puri. ana partes æquales.

Terantur accurate in minutiſſimum pulverem; detonentur; pulvis reſiduus edulcoratus eſt *Crocus Metallorum.*

Cryſtalli Tartari.

℞. Tart. Rhenani albi a ſordibus mundati, & in pulv. redacti q. v.

Ebulliat cum multa aqua; donec pellicula appareat, coletur ſ. a. exponatur frigori, uſque dum cryſtalli lateribus phialæ accreſcant, quæ, effuſâ aquâ, colligendæ, exſiccandæ, & in vitro bene clauſo cuſtodiendæ.

Flores Benzoin.

℞. Gumm. Benzoin contuſi q. v.

Indatur cucurbitæ terreæ; hanc tege cono papiraceo, quamque circumcirca liga; impone arenæ, & lento igne ſublima. Aſcendentque in conum flores, qui mutato ſubinde cono, ſunt colligendi.

Flores Salis Ammoniaci Martiales.

℞. Lapidis hæmatitidis.
Salis Ammoniaci ana partes æquales.

Terantur in pulverem impalpabilem; imponantur cucurbitæ vitreæ ſuo alembico munitæ; defodiantur in arenam, uſque ad alembicum. Deinde arenæ igne ſummo ſublimentur flores.

Flores Sulphuris.

℞. Sulph. flavi a ſordibus purgati, q. v.

Indatur vaſi terreo, & in arena ſublimetur in aliud vas ſuperpoſitum, & luti ope firmiter adnexum; flores colligantur & uſui ſerventur.

Lapis Infernalis.

℞. Limaturæ Argenti puriſſimi unc. j.
Aq. fortis generoſæ unc. iij.

Indantur vaſi vitreo, & in arena evapora ad duarum partium conſumtionem; reliquum effunde in crucibulum amplum; rurſum collocetur ſupra ignem, ut ebulliat. Tunc adaugeatur ignis, ut materia inſtar ceræ fluat, quæ effuſa, ſervetur uſui in vitro oris anguſti.

Mer-

Mercurius dulcis.

℞. Mercurii ſublimati corroſivi. q. p.

Tere in mortario vitreo, vel marmoreo; paulatimque inter terendum admiſce *Mercurium vivum* ea quantitate, donec *Mercurius corroſivus* nihil amplius aſſumit. Ad minimum tantundem *vivi* ſumatur, quantum *ſublimati*. Pulvere hoc reple vitri idonei partem tertiam, ſublimaque vel ex arena, vel igne aperto; incipiendo ab igne primi gradus, eumque ad tertium uſque gradum adaugendo. Si operatus rite fueris, quatuor vel quinque horarum ſpatio operatio erit finita; tunc fracto vitro *ſublimatum dulce* exime; quod ſi purum non ſatis fuerit, ſublimationem, abjectis ſordibus, una & altera vice repete.

Mercurius præcipitatus albus.

℞. Mercurii unc. viij.

Solve in *Spiritus nitri*, vel *Aquæ fortis* unc. xij.

Solutioni affunde *Muriam*, factam ex *Salis marini* unciis v. & *Aquæ* pinta una. Filtra, & præcipitabitur *Mercurius* albi caloris, qui iteratâ aquæ affuſione edulcorandus & exciccandus eſt.

Mercurius præcipitatus ruber.

℞. Mercurii, q. p.

Solvatur in ſufficiente quantitate *Aquæ fortis*, vel *Spiritus nitri*. Solutum evapora in arena ad ſiccitatem; deinde auge ignem ad tertium uſque gradum; quouſque pulvis ex albo fiat ruber.

Mer-

Mercurius ſublimatus corroſivus.

℞. Mercurii vivi q. p. ſolve in Aqua forti, vel Spiritu nitri, q. ſ. in arena calida, cum plane ſolutus fuerit Mercurius, evapora ad ſiccitatem. Huic maſſæ admiſce ſalis marini decrepitati partem æqualem, ea reple matracii unam partem tertiam, orificium vitri chartaceo operculo claude, impone arenæ, applica primo ignem lentum, quem ſucceſſive auge, donec omnis Mercurius ſit ſublimatus, quod circiter poſt ſex vel ſeptem horas continget, refrigeretur matracium, eoque fracto Mercurius ſubl. corroſ. eximatur.

Regulus Antimonii Martialis.

℞. Ferri optimi unc. vij.

Igniatur in crucibulo tecto igni maximo impoſito; intime candenti adde *Antimonii optimi* in ſubtilem redacti pulverem libr. j. cum maſſa maximo igne bene fluxerit; ſucceſſive adde *Nitri optimi* uncias iij. Obtecto, facta detonatione, crucibulo, igne maximo fluat, donec non amplius ſcintillet; tum ſubito in conum fuſorium calefactum, pauco ſebo inunctum, effundatur, conuſque parum concutiatur; quæ ad fundum ſubſidet, pars metallica *Regulus* eſt. *Regulus* a ſcoriis liberatus, iterum igne violento fluat; ſenſim denuo *Nitri* puriſſimi & ſicciſſimi unciæ iij. addantur; hocque tertiâ etiam vice cum iiſdem cautelis reiteretur, & erit *Regulus Antimonii Martialis ſtellatus.*

Saccharum Saturni.

℞. Acetum Lithargyrii q. v.

Evapora in vitro igne arenæ, quouſque in ſuperficie pellicula appareat; defer in locum frigidum, ut cryſtalli concreſcant, eritque *Saccharum Saturni.* Hoc ſolve in aceto deſtillato, ſolutum, ut ſupra, evapora, & in frigido loco cryſtalli concreſcent pulcherrimæ.

Sal Cornu Cervi.

℞. Fragmenta *Cornu cervi*; iis repleatur retorta lapidea, cui vas recipiens amplum apponatur, juncturis bene lutatis. Fiat deſtillatio ex igne aperto, primo leni, dein fortiſſimo; & prodibit ſal volatile cum oleo craſſo. Sal volatile indatur cucurbitæ vitreæ; affundatur aqua, & igne arenæ in cucurbitam priori ſuperimpoſitam ſublimetur.

Cornu Cervi uſtum.

℞. Reſiduum a priori deſtillatione in igne aperto candefac, donec fiat album.

Sal Nitri fixum.

℞. Nitri puriſſimi & optimi unc. iv.

In pulverem redactum, indatur crucibulo, quod imponatur carbonibus accenſis, ut *Nitrum* inſtar aquæ fluat. Tum indatur fruſtum carbonis igniti, & expectetur, donec illud fruſtum cum *Nitro* ſit conſumtum. Tum repetatur carbonum injectio toties,

donec *Nitrum* non amplius inflammetur; quod fit ſpatio bihorii; & maſſa ſicca ac vireſcens, erit *Sal Nitri fixum.*

Sal polychreſtus.

℞. Nitri q. v.

Fluat in crucibulo; fluenti injice paululum *Sulphuris* contriti, id continuando, donec æqualis pars *Sulphuris* ſit conſumpta, & pulvis gryſeus remaneat, qui aquâ calidâ ſolutus, filtratus, & ad ſiccitatem evaporatus, dat *Salem polychreſtum.*

Sal Prunellæ.

℞. Nitri puri unc. xx.

Impone ſartagini, ut intra prunas accenſas liqueſcere poſſit; liquato injice *Flor. Sulph.* unc. j. non una, ſed pluribus vicibus, donec omnis ſulphurea pinguedo deflagraverit. Tunc *Nitrum liquatum* effunde in pelvim æneam; concretum ſerva in uſum.

Sal Tartari Vitriolatus.

℞. Olei Vitrioli q. v.

Huic caute & lente aquæ quadruplum admiſce, ac ſenſim affunde *Oleum Tartari per deliquium* circa finem; cautiſſime obſervando punctum ſaturationis, coquatur, poſtquam addideris aquœ quadruplum; filtra fervide, & reponatur ad cryſtalliſandum.

Sal

Sal, ſeu Vitriolum Martis.

℞. Limaturæ Martis non rubiginoſæ partes ij.

Illi in vitro amplo affunde aquæ communis calidæ partes vj. Senſim dehinc inſtilla *Olei Vitrioli* partes iij. Hæc agita, & impone arenæ calidæ, ſolutionem decantatam filtra calide; evapora igne arenæ, donec cuticula appareat. Repone in locum frigidum, quæ concreſcunt, cryſtalli ſunt *Vitriolum Martis.*

Sal Abſinthii.
Cardui bened.
Fabarum.
Geniſtæ.
Sabinæ.

Herbæ ſiccatæ exurantur in cineres albos, ex quibus ope aq. calentis ſalſedo extrahatur, & fiat Lixivium, quod filtrandum, & lento carbonum igne exſiccandum in ſalem, qui, ut purior ſit, iterum ſolvatur, filtretur & exſiccetur.

Sal Succini volatile & Oleum.

℞. Succini q. v.

